



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 90119231**

§. 26. Dissidium inter Papam & Christinam Suecorum Reginam ob  
ademptum hoc privilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.  
A. C. 1687.

§. XXVI.

*Dissidium inter Papam & Christinam  
Suecorum Reginam ob ademptum  
hoc privilegium.*

*Jager l. c.*

Enimvero Christina Suecorum Regina datis ad Papam literis immunitati præfatæ ultro renuntiabat, simul tamen enixe petebat, ut suorum domesticorum ædes ab Apparitorum molestiis liberæ essent, nec quicquam eo nomine in easdem attentaretur: Annuit Pontifex, salva tamen ejus Constitutione nuper edita: nihilominus ipsis feriis Paschalibus Lictores quemdam facinorosum, qui ad Templum Reginæ imperio obnoxium confugerat, expulsum, ceptumque abstraxere: Inde Regina, que in suo Sacello rei sacræ intererat, vehementer perculsa, misso protinus Lardino Centurione, aliisque Ministris captivum liberat, aparitoribus ultro ejus imperio cedentibus, culpamque deprecantibus: quo facto Regina de injuria sibi illata vehementer querebatur, Pontifex tamen Lardinum, ceterosque die decima septima Julii anathemate percussos capite damnari præcepit: inde vero magis irritata Regina, septimo post die ad Imperialem Pontificis Thesaurarium perscripsit, Deum absdubio suorum



rum causam defensurum, aut certe, Sæc. XVII.  
A. C. 1687.  
 si vi eos ad supplicium rapi contingeret,  
 plures eorum ruina involutum iri: cum  
 autem ejusmodi minis Papam minime  
 terri cerneret, non nihil pacatius agere  
 cæpit, & Thomam Confessarium suum  
 ad Patrem Maraciolum, qui Pontificis  
 conscientiam moderabatur, unacum li-  
 teris misit, in quibus offensarum, si  
 quæ essent, veniam pro se, suisque a-  
 pud Pontificem precabatur, cumque  
 omnia suo jussu a suis patata fuissent,  
 debitas summo Pontifici satisfaciendi  
 rationes inituram spondebat, rogans  
 tamen, ne ejusmodi posthac contume-  
 liis afficeretur, mori potius, quam ta-  
 lia pati parata: Ad hæc Maraciolus  
 jussu Pontificis retulit, Papam lubenter  
 omnia condonare, nec aliam petere sa-  
 tisfactionem, præter dolentis animi te-  
 stimonium, de cetero autem Papam,  
 utpote sui Principatus Dominum, ejus-  
 modi violentias secundum juris ac ju-  
 stitiæ leges plectere, obstrictum esse,  
 vicissim vero in id sedulo incumbere,  
 ut Regina debito semper honore cole-  
 retur, Innocentium vicissim sibi a Re-  
 gina polliceri, ut novæ collisionis oc-  
 casionem declinata in suos ipsamet  
 Ministros forte facinorosos impofterum  
 animadvertere vellet. Nec defuit ve-  
 niæ favorisque pollicitationi operis  
 con-



Sæc. XVII. constantia; Pontifex enim sublato anno  
 A. C. 1687. themate reis veniam, & pristinum Re-  
 ginæ favorem indulfit, eamque amplis  
 munusculis in redintegratæ amicitie  
 testimonium honoravit.

## §. XXVII.

*Lavardinus Franciæ Orator anathemate percussus.*

Inter hæc Ranuccius summi Pontificis  
 Nuntius in Galliis nulli pepercit la-  
 bori, ut propositis aliorum Principum  
 exemplis Ludovicum Franciæ Regem  
 ad cedendam immunitatem, quam ejus  
 Oratores Romæ in suis ædibus obten-  
 debant, induceret: cum vero eum suo  
 proposito firmiter insistere. jamque La-  
 vardinum Oratorem Romam properare  
 nuntiaretur, Innocentius illico Pontifi-  
 ciarum Urbium Præfectos moneri jussit,  
 ne Oratori alias debitum exhiberent  
 honorem, nisi se prætenso juri cessu-  
 rum promitteret, pariter Estreo Cardi-  
 nali jussu Pontificis Cibus Cardinalis  
 Franciæ Legatum non alia lege exce-  
 ptum, agnitumque iri, per Abbatem  
 Riccium nuntiari jussit, cunctisque Car-  
 dinalibus (excepto Estreo) inhibuit,  
 ne Marchionem Legatorum numero  
 haberent, aut consuetis honorum titu-  
 lis prosequerentur. Nihilominus præ-  
 missis